principalem pro tempore Suprascriptæ eidem Religioso Patri Priori Conuentus Iaslen. moderno et pro tempore existen. non persluerit. Extunc debebit et tenebitur prouisionem annuam Septuaginta florenorum polonorum in Crastino Festi præfati Sancti Thomæ Apostoli proxime ab hic Venturi et sic consequenter singulis annis quad Vsq summam præfatam principalem non persluerit mediante manuali quietatione eiusdem Religiosi Patris Prioris moderni et pro tempore existen. dare et per suum proprium nuncium ad præfatum Conuentum Iaslen. transmittere. Sub alio Vadio prouisioni Suprascriptæ debitè correspondenti Videlicet Septuaginta florenorum polonorum per prædictum Generosum Thesaurarium Præmyslien. Recognoscentem et eius Successores prænominato Religioso Patri Priori Conuentus prætacti Iaslen. moderno et pro tempore existenti in Casu non solutionis aliquo anno præfatæ prouisionis pro tempore et loco Suprascriptis ad soluen. succumben. Pro quibus quidem Vadijs præfatis taliter ad soluendum succubitis aut Vno eorum sorsiuo et Speciali Vadio ac pro summa ipsa principali seu prouisionis persoluen. citatus existens memoratus

Generosus

Generosus Thesaurarius Præmijsliens. Recognoscens aut eius Successores Citati. Ad Instantiam Suprascripti Religiosi Patris Prioris ac totius ipsius Conuentus Jaslens. nunc et pro tempore existens. Ad Officium præsens Castrens. Capitans. Biecens. Extunc Suprascripto recessu incorporatione et sui subiectione mediante. Coram eodem Officio præsenti. In primo Citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere. Pro Vadijsq. præfatis aut Vno eorum Seorsiuo et Speciali Vadio Satisfacere, ac summam ipsam principalem seu prouisionem persoluere debebit et tenebitur, seq. et posteros suos obligat. Ipsum primum peremptorium terminum et alios omnes consequentes Causæ eiusdem terminos Semper peremptorios Vera infirmitte pro Maiori minorrennitate Successorum Legatione intra Vel extra Regnum Seruitio Militari ac ad Munimenta Vel alijs quibusuis legalibus impedimentis et dillationibus non differendo. Adquietationem Vltra proximos Officij præsentis Casens. Capitans. Biecens. terminos dillationem sibi non recipiens. Nullasq. Controuersias, Motiones, appellationes, aut earum prosecutiones

faciens

faciens ac praemissa omnia paenis simplicibus et triplicatis Euasionibus fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello Conuentioneq. et alijs quibusuis Juris remedijs et defensis non euadendo nec subterfugiendo. Praesenti Inscriptione in praemissis mediante. Et in continenti coram eodem Officio actisq. praesens Castrens. Capitans. Biecens. personaliter comparens Generosa Barbara de Wielopole Suprascripti olim Generosi Praeclari de Iwanowice Pieniązek Consors derelicta, et bonorum ipsius morte derelictorum Domina Reformatoria et aduitalicialis. A Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq. suis quibusuis proprijs et competens recedens. Praesenti Vero Castrens. Capitans. Biecens. Iurisdictioni quo ad actionem hunc attinet, Secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter incorporans et subijciens palam libere ac perexpressum recognouit. Quia ipsa de Iuribus suis sibi a praefato olim Generoso Marito suo Seruiens. super eandem Inscriptionem consentit et eandem approbat confirmat et ratificat per praesens. Hac Recognitione in praemissis mediante.

Correxit Jarochowski

Gnosus Joannes Odrowayz
Pieniązek Thesaurarius Prae-
myslien. Conuentui Jaslen.
Inscribit.

Anno

In Cro Biecen.

Feria 6 in Crastino Festi SS. Corporis Chri-
sti Dni 1660

Pieniążek 28

+

Actum in Castro Biecensi Feria Secunda ante Festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Tertio.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesens Castrens Capitans Biecens Generosa Catherina de Iwanowice olim Gnosi Andreae Pieniążek medietatis Oppidi Gorlice haeredis cum Gnosa olim Zophia de Goraij Consorte eius legitima procreata filia, et eorunq Parentum suorum suo pro interesse Successrix legitima, olim vero Gnosi Luciae Owłoczymski in Owłoczym et Stawki Palatinatus Wołhyniae Districtus Włodyminens haeredis Consors derelicta, Sana mente et corpore existens. A Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competens recedens. Praesenti vero Castrens Capitans Biecens Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter incorporans, et subijciens, palam libere ac perexpressum recognouit. Quia sibi Recognoscenti per Gnosum Ioannem Odrowąż

Pieniążka Jędrzeja - z Gorajskiej
1663 corka Katarzyna wdowa po Owłoczynskim - kwituje z spadku gorlickiego

Pieniązek Thesaurarium Præmijsliens. olim Gnosi Prædai de præfatis Iwanowice Pieniązek fratris sui germani filium, pro omnibus et singulis Bonis Paternis et Maternis mobilibus et immobilibus se Recognoscens. ratione dotis et expeditionis domesticæ de eisdem bonis Paternis et Maternis mobilibus et immobilibus Iure Diuino et naturali successione concernens. realiter et in effectu satisfactum, et persolutum est. De quibus bonis suprascriptis eiusdem Gnosum Thesaurarium Præmijsliens. quietat, emittit, et liberum æuiterne facit. et pronunciat per præsens. ac bonis eisdem mobilibus immobilibus in manus suprafati Generosi Thesaurarij Præmijsliens. et eius posterorum totaliter et plenarie abrenunciat, et se illis abdicat præsens. De doteq. se ex eisdem bonis concernens. Cum totali illius Iure Dominio proprietate, Vtilitate, et competens. nihil sibi et suis posteris ac alteri cuipiam Iuris, dominij, proprietatis Vtilitatis, et competentiæ, reseruans. et excipiens. sed praut se Recognoscentem concernebat, et sibi beruebat, prænominato Gnoso Thesaurario Præmijsliens. et eius posteris cedit, et condescendit

descendit praesens. Omneq et integrum Jus suum
praemissorum omnium in personam suprafati Generosi The:
saurarij Praemysliens et ipsius successorum transfert, trans:
fundit, et incorporat per praesens. Et iam exnunc
eadem Generosa Owłoczymska Recognoscens dat, et ad:
mittit praesens suprascripto Generoso Thesaurario Prae:
mysliens et illius posteris in bona eadem dote
onerata, praesens abscessu, realem Intromissionem
et actualem pacificamq possessionem cum prae:
sentaneo usu fructu per Ministerialem quem:
cunq sibi ad id duxerit eligens, iam exnunc
ipsi ab officio praesens ad id additum, et deputatum,
quandocunq voluerit acceptans. Per ipsum Ge:
nerosum Thesaurarium Praemysliens et eius po:
steros hoc idem Jus cessum tenens, habens pos:
sidens, pacificeq et quiete utifruens, ac in suos
et suorum successorum quosvis beneplacitos usus,
libere convertens, Inscriptionis praesentis Ces:
sionariae [illegible]

Correxit Jarochowski

Nicolaus de Konary a Kolaczkowski Vice Capitaneus Castrensis Becensis

Generosa Ostrorzymska Abrenun-
ciat et Generosus Pieniozek The-
saurarii Praemysliensis Edit.

In Castro Biecensi

Ad

Feria ant. F. Conversionis Sancti Pauli
1663

Siemaxeta 30

Actum in Castro Brecensi Sabbatho post Dominicam Letare Quadragesimalem proxime Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Quinto.

Comparens personaliter coram Officio et aliis presentibus Castren Castellan Brecen Generosus Wenceslaus Sienkiewicz de Swanowice, medietatem Opidi Gorlice, cum Gillis Curiis et Aliis. Tanquam verus et capitalis creditor. A Reverendissimis, Illustribus, Generosis, Magnificis quibuscunque personis et singulis veceden: existentibus Generosus Castellan Brecen Generosus, quo ad actum infrascriptum attinet se eas succumbere ac bonis suis generalibus ubique in Regno Poloniae existentibus sponte libere ac non coacte sese recognovit. Quapropter a Magnifico Joanne a Wielopole Wielopolski Loci Castri Bochnensis et Capitaneo, Summam Mille Florenorum Polonicorum, per Generosum olim Petrum Centkowski de Cesklin, apud et penes prefatum Magnificum Locumtenentem et Capitaneum pro infrascripta fundatione veluti tam, realiter et in effectu habuit, lepauit et percepit: De eadem pecunia prefatum Magnum Locumtenentem et eius successores penitus quietat, emittit et perpetuum facit ac promunciat. Quocirca ad hanc presentem peticionem supradicti olim Generosi Petri Centkowski ac dispositionem voluntatemque ac ordinationem prefati Magni Locumtenentis et Capitanei in et super bonis suis mobilibus et hereditariis infrascriptis, ut prefertur tota et integra villa sua Gliwnik in Pallatinatu Cracouien et Districtu olim Brecen situata cum Curia et Curiali sede ibidem sita. Orbis et singulis eius de villa incolis, fundis, subditis, attinentiis et pertinentiis generatis omnibusque aliis rebus excepti, nec pro se vigore successionis aut alio quovis modo vendicato Summam Septuaginta florenorum polonicorum monetae et numeri in Regno auream florenum quemlibet grossis viginti polonicis computantem pensus annui à Summa prefata Mille florenorum polonicorum pro se modo prefato leuata et percepta per Venerabilem Severinum Zawiecki Canonicum Ordinarium Ecclesiae Cathedralis Brecen hanc et pro tempore existentem. Hac non obstante Ecclesia prefata, ad presens et in futurum existentibus modis infrascriptis dividendas pro pleno et in super in dominium transferendas alias la Widerlegt vendidit et insaisivit prout vendit et insaisivit presens Quemquidem censum summam Septuaginta florenorum polonicorum denominatos Recognoscens, se et suos successores ac bonos supradictos tam in toto quam in parte modo quovis haeredes et posteriores prefatos Venerabili Canonico et Ecclesiae prefatae Cathedrali Brecen hanc et pro tempore existenti, de et super bonis suis prefatis et plus generatis omnibus, Summaque pecuniarum prefatam habitis et habendis inscribit et obligat presens singulis annis pro die festo Sancti Martini Episcopi Turonensis quem vigilem eandem solutionem à presente et immediate ab hinc venturo

1645

Festo Sanctorum Primi Regis anni videlicet Millesimi Lexcentesimi Quadragesimi Sexti ad manus prenominatum Venerabilis Sacerdotis et Capituli Ecclesiæ supradictæ Parochialis Brecen nunc et pro tempore existen regulariter et in effectu mediante illorum iusta declaratione infrascripta, mandati pro authentica tempore valitura insimul danda quietatione dare et soluere, ac per suos procuratorem Brecian transmittere. Idq sub Pœnis Mille florenorum pro illorum recognitorem, et eum successores, bonorumq prefatorum modo quolibet tam in toto quam in parte habentes et possessores, prædicti Venerabili Sacerdotis et Capituli Ecclesiæ supradictæ Parochialis Brecen nunc et pro tempore existen, in casu non solutionis illis et aliorum illorum iusta declarationem infrascripta Censum prædictum annuum pro tempore et loco supradictis ad soluendum succumbendum. Hanc eam tamen declarationem vt ex summa supradicta Census annui Septuaginta florenorum quotannis pro tempore supradicto Venerabili Sacerdotis pro tempore existens pro solutione et interesse ipso Septuaginta Quinquaginta duorum florenorum tollat et habeat, et respectu hujusmodi Census singulis septimanis quolibet Feriæ Sexta se festum vel aliud Ecclesiæ impedimentum non obtenerit, alias dicta altera commodiore et per festum non impedita Sacrum Missæ Sacrificium pro anima supradictis Generosi Petri Festuchi in Capella Sancti Catherinæ in Ecclesia prædicta Parochialis Brecen sita Nicholaitana mundana celebrare et absolvere teneantur, prout tenebitur, debitum vero eidem pro tempore et nunc existentes ex eadem Censu, quotannis quoque pro tempore supradicto Octodecem florenorum illorum accipiant, et illos pro Cereis Candelis et Vino vsui Capellæ debitis prædictæ necessaria conuertant, quicquid vero ex eadem Summa Octodecem florenorum illorum pro necessitate Vini et Candelarum Cereum annuatim erogatis non fuerit, vt ipsi Archivis Ecclesiæ prædictæ fideliter conservent, de expensis omnibus rationem sufficientem, cuiam Ecclesiæ prædictæ habentibus pro tempore quotannis faciant, et effectus in unum restantes prædictos ex Archivis pro reparatione et conservatione ornamentorum Capellæ prædictæ, sub eadem ratione simili Ecclesiæ habere faciendi conuertant. Quæ omnia tam Venerabilis Sacerdotis, quam Capituli Ecclesiæ illius nominatæ Parochialis Brecen nunc et pro tempore existen prædictæ facere et exequi teneantur et debebunt sub Censuris Ecclesiasticis, et prout ad id obtinendum quatenus et diligenter. Et eam ex hanc ideo Recognitionem Gratis Perdam Præmissis dat et admittit prædictus supradictus Venerabili Sacerdotis et Capituli Ecclesiæ supradictæ Parochialis Brecen nunc et pro tempore existen in forma supradicta debita Clausulis Censu supradicto onerata in eadem Censu regali Thesaurariorum et Actualem pacificam possessionem presentaneo vsu

fruch per Nicolaum quemcunq; sibi ad id duxerit eligendum ex nunc prout ex tunc prout ex
tunc prout ex nunc ab Officio prius ad
id adhibitum et deputatus quandocunq; voluerint acceptare. Debet et tenebitur postea Generosus
Stiblaus Sieniąski Regens pincerna Sandecz successor et homines suprascripti tam in toto quam in
parte modo quouis hereditario et perpetuo de et super bonis suis postea et aliis generatis ortis, existen
Venerabili Cancellario et Canonicis Ecclesiæ postea Sandecensis Wiecen nunc et pro tempore existen
inscribi et obligari possint. Item et eorum successores pro tempore existen occasione Cen
sus postea annui et homagii Supradicti Census postea operationum ab ortis suscriptionibus
prouentuum et proventibus de quibus in existen bonis Censui supradicto onerabi quidquid facta fuerint, et
ab omni et singula imperitione Iuridica quarumcunq; personarum Status seculi et Ecclesiastici quibuscunq;
existen, in et coram quibuscunq; Iudicijs et Actis Regni et in quibuscunq; impedimenti terminis, tam in toto quam
in parte bonis quibus quibuscunq; per rectos terminos tueri, defendere eximere, intercedere et alie
bertare, indemnes illos et illorum successores pro tempore existen scribere vendere et efficere: Item
et illi eorum successores supradicto Censui prout illi cuique prius suscriptioni et declarationi pos
sessoris competit et competere debet stato et integre singulis annis pro tempore supradicto Censui quouis impe
dimento patefacto et quouis perpetuis temporibus soluere et persolvere possint. Sub alio simili et equa
li Vadio Mille florenos polonos per eundem Generosum Stiblaum Sieniąski Regentem et Micas
successores homines predictos Censui postea onerandos modo quouis tam in toto quam in parte hereditario
et perpetuo, Supradicti pro Venerabili Cancellario et Canonicis Ecclesiæ postea Sandecensis Wiecen
nunc et pro tempore existen, de non completione premissorum tam in toto quam in parte ad soluendum
prout quotes opus fuerit succumbent. Pro quibus quidem Vadijs postea fatis ad soluendum
succumbit aut ipsi eorum heredes et successores pro aliqua quantitate ex premissis non
completa comperti. Ipsi existens predicti Generosus Stiblaus Sieniąski Regentes
illorq; successores ac homines supradicti tam in toto quam in parte modo quouis perpetuo et hereditario
Citari. Ad Instantiam supradictorum Venerabilis Cancellarii et Canonicorum Ecclesiæ supradictæ
Sandecensis Wiecen nunc et pro tempore existen Ad Officium presens coram Capitaneo Wiecen
extenc vocati supradicto in Conventione et Iuridica ordinanda. Quam eisdem Officio pre
fato. In primis Citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere. Pro Vadijs pre
fatis aut de eorum solutione satisfacere, ad quam quantitatem ex premissis non completam pro
qua compellandi citabitur tam in toto quam in parte bonis quibus quotes opus fuerit completa
et exacta debebit et tenebitur ipse et pretensi sui obligati. Item primum peremptorium ter
minum et alios omnes consequentes causa eiusdem terminos semper peremptorie vera in forma
fata per Nicolaum Nuncium citatum successum legationis intra vel extra Regnum Senatus Milita
ris, ac ad Mandamenta vel alias quibuscunq; legalibus impedimenti et dilationibus non

differen. Ad quietationem ultra proximos Officij praesentis terminos dillationem sibi non recipiendo. Nullasq Controversias Motiones appellationes aut eanon prosecutiones facien ac praemissa omnia poenis simplicibus et triplicatis Quationibus fatalys Juris praescriptione Terrestri bello Inventione et alys quibusvis Juris remedys et defensis non evaden nec subterfugi [illegible] in Inscriptione in praemissis mediante.

[illegible]orrexit Jarochowski mpp

Gnosus Praeclaus de Iwanowice Pieniążek Censum reemptionale Concionatori Biecen Inscribit.

In Castro Biecen

[illegible]

Sabbato pt Dnicam Laetare Quadrgtem praes

1645

Pieniąszek

Actum in Castro Biecensi Feria Quinta post Dominicam Misericordiæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo.

Ex Copia

Ad Officium et acta præsen Castren Capitan Biecen personaliter Veniens Generosa Barbara de Wielopole olim Generosi Præclai de Iwanowice Pieniąszek Medietatis Oppidi Gorlice et aliorum eo pertinen hæredis Consors derelicta ac bonorum ips morte derelictorum Domina Reformatoria et adui talicialis Solenniter eidem Officio præsenti. In et contra

In

Generosam Mariannam de Dąmbiany olim Generosi Stanislai de Magna Rylsko Rylski Dapiferi Cracovien alterius medietatis præfati Oppidi Gorlice ac aliorum eo spectan utrq hæredis Viduam derelictam suo et eius cuius interest nemine questa et protestata est de eo. Quia eadem Generosa

Qa

Dapifera Cracovien in contrarium Diuisionem ac dispositionum antiquarum inter hæredes pdicti Oppidi Gorlice Villarumq ad illud pertinen factar conscriptar et confectar nuperrime ante Festa Solennia Paschæ proxime abhinc præterrita Poponatum in Villa Ropica ad Ecclesiam Religionis ritus Græci ruthenicalem ibidem sit Poponi Schismatico non Vnito existens ipsemet Caluinisticæ non Catholicæ fidei et professionis cum præiudicio Iurium tam sui Protestan Vti ad præsen dict medietat Oppidi Gorlice et aliar Villarum eo spectan posse stricis quam et Successorum suorum eorundem bonorum hæreq qui

poponatus
1658 Rychwałd
i młyn gorlicki

aequali Iure collationem et praesentandorum beneficiorum Ecclesia
sticorum eisdem bonis servientium addictum Poponatum gaudent
tradidit ipsique addictam Ecclesiam Ruthenicalem antiquitus Uni
tam non Unitorum sed Schismatico more et praeter consensum
scitum et Voluntatem sui Protestantis introduxit et inuesti
uit secundo Manifestata est Officio praesenti eadem Gene
2do rosa Pieniąszkowa de eo. Quod eadem Generosa Dapifera
Cracouiensis existens toties amicabiliter requisita non Vult
neque curat mutuos sumptus et impensas ad reparandum
Molendinum sub Oppido Gorlice sitt anno proxime praete
rito Una cum toto eodem Oppido Gorlice per hostes Regni
igne funditus sublatum antiquitus Vero Iuri communi
et aequali Utrorumque haeredum et possessorum eiusdem Oppidi
Gorlice serviens et subiectum facere et dare. Adhaec eaque
Generosa Protestans conquesta est Officio praesenti Quod
3tio praedicta Dapifera Cracouiensis tam Balneatorem quam et
candidantem tela alias Blecharza Iuri Communi et aequa
li sui Protestantis et ipsius subiectis adinconsuetas et insolitas
Contributiones dationes Censusque diuersos adigit et necessitat
cum praeiudicio Iuris sui possessionis Insuper quadam ex conniuentia
eiusdem Generosae Dapiferae Cracouiensis quidam Simon
Kusma Scultetus de Villa Rychwald agros et campos
ad Poponatum in eadem Rychwald sitt pertinentes indebi
te illicite et illegitime iniuridiceque coemptos adhocusque tem
pus tenet possidet et eisdem fructus, nec eosdem fundos
antiquitus ad poponatum pertinentes Poponi Rychwaldouiensis

dimittere

dimittere Vult quo tali suo facto idem Kusma Scultetus Sacri
legium commisit Ecclesiamq Ruthenicalem Rychwaldovien
ob defectum debit provision Poponi servien desertavit et sine
Popone et devotione Vacuam fecit et reddidit. De premissis itaq
Suprascripta Generosa Pieniq Nowa Officio praesenti contra
dictam Dapiferam Cra[illegible]ien iterum atq iterum queritur
et Manifestatur.

Correxit Jarochowski mpp

Andreas in Buczy Gniewosze
Brzialski Notarius Castr Biecen
in absentia Stanc Gnr Vice Capnei
Castren Biecen Subscrip

Gnosa Pienitzkowa con

Gnosam Rylska Prote

Statuy

Raone Poponatq in Villa Ro
pica non unito sed Schisma
tico Poponi tractationis et e
iusdem introductionis Sumptu
um et expensarum in Molendinum
per Hostes Regni funditq subla
tum Juri communi servientes
clare et facere recusationis

In Castro Biecen

Balneatoris et Candidatoris ad
Blechaiza ad inconsuetas da
tiones et Exactiones adductionis
Agrorum et camporum ad Popona
tum Villae Rychwald per

Fr. Sta pt Micam Misericordiae

1658

Kusma Scultetus possessionis
et Ubi fruitur ipso Eccla
Rubenzexinde deservatione

Pieniążek 37

Ja Jan Odrowąż Pieniążek na Połowie Miasteczka Gorlic Dziedzic.

Zeznawam ninieyszym pisanim moim żem Sławnemu Janowi Łukaszewicowi Mieszczaninowi Gorlickiemu y vczciwey Magdalenie Małżonce iego z ich Potomkami Dobra moie własne y dziedziczne, to iest Grunt pewny, przy Miasteczku Gorlicach wczesci moiey własney leżący, zdawna Obszarem nazwany, ktory to Grunt nieboszczyk Sławney pamięci JKo Mć Pan Przecław Pieniążek Rodzic y Dobrodziey moy otrzymał kupnem od Stanisława Woiewodzkiego Mieszczanina Gorlickiego poddanego swego, tak iakom ten Grunt sam trzymał ze wszytkim Prawem, Panstwem, własnoscią, Dziedzictwem, y ze wszytkimi tych Gruntow pożytkami y przynależytosciami, nic tam sobie y potomkom moim y nikomu inszemu niezostawuiąc, ale iako te Grunty w sobie są, y iako ich tenże Stanisław Woiewodzki poddany moy trzymał, y iako sobie zapisem Prawa Mieyskiego Gorlickiego obwarował y trzymał, także Sławney pamięci Rodzic moy po nim trzymał, także iakom y ia trzymał, wiecznymi czasy nieodezwanie Rezygnuię y zapisuię, iakosz tą Intercyzą realiter te Dobra w possessyą istotną y skuteczną zaraz tymże Łukaszewicom Małżonkom y ich Potomkom puszczam, y zupełną moc y władzą te dobra y Grunty wszytkie mocą ninieyszego pisma mego, do trzymania, vżywania, przedania, darowania, zamienienia, zastawienia, y na swoy własny iako naylepszy pożytek y vżywanie onymże y Potomkom ich daiąc y pozwalaiąc. A te Grunty iako zdawna ograniczone to iest Obszar leży z iedney strony Role Gołębiowskiey Kmiecia w Strozowki poddanego JKo Mći Pana Michała Rylskiego na Połowie Gorlic Dziedzica, z drugiey strony przy Stawkach Księdza Plebana Gorlickiego y z Potokiem iako iest zdawna w Prawie Mieyskim Gorlickim opisane, z trzecią stronę pod tymże Gruntem Rzeczka idzie nazwana Strozowka, z Czwartey strony, tegosz Jana Łukaszewica Gruntu, ktory Grunt należy do tego Domu ktory otrzymał kupnem od Nieboszczyka Jana Wątrobki. A przy tym vwolniam wzwysz specifikowane także y Potomkow ich, od wszelakich moich Dworskich, tak iako były podatkow, zaciągow y wszelakich ciężarow mieyskich y od Jurisdyctyey Vrzędow Mieyskich. Od ktorych ciężarow powinien będę z Successorami memi y Połowice Dobr Gorlic moich własnych następuiącymi Dziedzicami, tychże Łukaszewicow Małżonkow y Potomkow ich przy tych Gruntach przy mnie zapisanych wiecznymi czasy spokoynie zachować, y one niiakim sposobem przez się abo nadstawne osoby swe niekrzywdzić, y owszem onych z potomkami ich od wszelakich trudności prawnych y wszelakich osob, ieżeliby te dobra y Grunty kiedykolwiek, y

1660

y od kogokolwiek zaszły w tychże dobrach względem nichże tego będzie potrzeba za
każdym razem bronić y zastępować, aby ci Łukaszewicowie Małżonkowie z potom-
kami swemi w spokoynym używaniu y Possessyey Dobr y Gruntow przy nichże
wiecznymi czasy zostawali y onych używali iako swoych własnych y kupnych
za złotych Polskich pułpięta sta, każdy złoty rachuiąc po groszy trzydzieści.
To iednak warunię sobie, aby pomienioni Łukaszewicowie y ich Successorowie Grun-
tow y dobr przerzeczonych w ręce osob Szlacheckich puszczać y przedawać żadny
sposobem niepoważali się pod utratą tych Dobr. Co wszytko y każdą rzecz zo-
sobna uiścić y wypełnić iestem powinien y z Successorami moiemi, tymże Małżon-
kom y potomkom ich także warunię tymże że pomienioni Małżonkowie y
ich potomkowie w używaniu wolnym tych Dobr niebędą niiaką od Jey Mci
Paniey Matki moiey iako Paniey Dożywotniey y Oprawney niwczym przepędzio-
wani, a to pod zakładami Ziemskimi obliguię się. Dla lepszey wiary y
pewności pismo to ręką moią własną podpisuię y pieczęcią utwierdzam. A
Actami Grodzkimi Brzeskimi approbować y roborować obiecuię. Działo się
w Glinniku Dnia czternastego Czerwca Roku Tysiącnego Szescsetnego Sze-
zdziesiątego.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Die 14 Junii Año 1660.

x

Pieniązek 36

Actum in Castro Biecensi Feria Secunda post Festum Sanctorum Innocentum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octauo.

Ministerialis Regni Generalis Prouidus Gasparus Staron de Glinnik coram Officio et actis prasen Castren Capitan Biecen personaliter stans Una cum Nobilibus Andrea Wierzbięta et Samuele Cyrus hic idem secum stan et infrascripta Vltro attestan publice et libere recognouit. Quia ipse ad Officiosam requisitionem Gnosi Francisci de Iwanowice Pieniązek Magci Ioannis Odrowąß de pfata Iwanowice Pieniązek Capitanei Osuięcimen filiastri lecto Egritudinis ex infrascripta conuulneratione affixi grauiq et periculoso morbo laborantis in domo Famati Stanislai Rubacz Ciuis Gorlicen decumben die hodierna actus psen ad eandem domum pfati Rubacz Una cum dictis Nobilibus personaliter condescendit ac ibidem prænominatus Generosus Franciscus Pieniązek in corpore suo sibi Ministeriali ac pfat Nobilibus obduxit testataq fecit Vulnera infrascripta Videlicet in capite supra aurem dextram Vulnus sectum cruentum profundum magnum et longum cum persectione ossis ad membranam cerebrum tegen - Item alterum Vulnus in cornu frontis partis dextræ sectum cruentum profundum latum - Item post aurem dextram in tergo capitis Vulnus itidem sectum cruentum profundum in longitudine duorum articulorum Item in Scapula dextra Vulnus concussum tumidum liuidum. Asseren et protestan prænominato Pieniązek præexpressa Vulnera ipsi per Nobiles Lisiecki Gorski Iwanowski et alios multos Gnosi Michaelis de Magna Rylsko Rylski famulos suo loco et tempore specifican Feria Sexta ipso die Festi Sancti Thomæ Apostoli proxime

Pieniążek Franciszek - synowiec Jana star. bieckiego ranny od Rylskiego Michała i drużbow - -
1668 R: 1668 -

ab hinc praeteriti in Oppido Gorlice inflict et illat esse. Quod sic et non aliter fuisse seq praeexpressa Vulnera in corpore suprascripti Generosi Pieniqzeh debite Vidisse ac sibi contra suprascript et alios multos pfati Gnosi Rylski famulos ratione eiusdem conuulnerationis questum et protestatum fuisse is idem Ministeriali Officio praesenti in Veritate retulit suprascript Nobilibus id ipsum attestan. Et hic subinde coram eodem Officio actisq praesen Castren Capitan Biecen personaliter stans Ingenuus Valentinus Rzeczychi praenominati Gnosi Francisci Pieniqzeh famulus obduxit eidem Officio praesenti et testata fecit in corpore suo Vulnera infrascripta Videlicet in Capite supra aurem dextram Vulnus sectum cruentum profundum cum persectione ossis. Item in cornu frontis etiam partis dextrae Vulnus itidem sectum cruentum profundum cum persectione ossis asserendo de eisdem Vulneribus quinque [illegible] seu fragmenta ossium per Hirurgum exempta esse quae Vulnera suprascripta Officium praesens super eodem obducente debite Vidit et suscepit protestatusq est is idem Rzeczychi Officio praesenti Vulnera praeexpressa per suprascript et alios plurimos pfati Gnosi Rylski famulos circa conuulnerationem praenominati Gnosi Francisci Pieniqzeh Domini sui in eodem Oppido Gorlice Feria Sexta ipso die Festi Sancti Thomae Apostoli proxime ab hinc praeteriti sine omni causa et occasione quin Vi et Violenter sibi inflicta et illata esse. Salua sibi et praenominato Generoso Pieniqzeh Domino suo in quantum Diuina fauente gratia ex grauissima et periculosa sua conuulneratione conualuerit fusioris Protestationis faciendae facultate pleno in robore reseruata.

Idem Ministerialis qui supra cum suprascriptis Nobilibus re-

cognouit.

Ta cognouit. Quia ipse die Dominico proxime abhinc praeterito ex Officiosa requisitione Magnifici Ioannis Odrowąż de Iwanowice Pieniążek Capitanei Oswięcimen. medietatis Oppidi Gorlice haeredis ad Curiam praenominati Generosi Michaelis Rylski haereditariam penes hoc idem Oppidum Gorlice sit personaliter condescendit ibidemq Nobiles Lisiecki, Gorski, Iwanowski, Orłowski, Zelichowski, Bobinski, Anzelm, Mirassowski, Bolesicki, Nicolaum Cocum, Połciewic, et Albertum Skrzypek aliosq plurimos supra fati Generosi Rylski famulos suprascriptos conuulnerationis reos et inculpatos nomine et ex parte praenominati Magnifici Capitanei Oswięcimen. penes praefatum Generosum Rylski arrestauit hocq idem arestum ipsimet Generoso Rylski publicauit et ad debitam noticiam deduxit. De quo praesens Rellatio suprascriptorum Nobilium attestationibus confirmata testatur.

Correxit Jawdowski mpp

Andreas in Biały Gniewosze Bialski Notarius Castr. Biecen. in absentia pro tunc Ind. Vice Capitanei Castren. Biecen. Subscribo mpp

Francisci

Pro parte Gnosi Pieniqzek
et ipsius famuli Vulnerum
obductio et famulor Gnosi Ry-
ski Aresti Relatio.

In Castro Biecen

2da pt Innocentium AD 1668

Pieniążek 37

Actum in Castro Biecensi Feria Quinta post Festum Circumcisionis Christi Domini proxima Anno eiusdem Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono.

Ex Copia

Ad officium et acta praesentia Castren. Capitan. Biecen. posti veniens Magnus Joannes de Iwanowice Odrowąż Pieniążek Capnaeus Oswiecimen. Nuncius pro Convocatione Ordinum Palatinatus Cracovien. solenniter gravique cum querella eidem Officio Castren. Capitan. Biecen. protestatus est In et Contra Gnosum Michaelem de Magna Rylsko Rylski Aulicum Sacr. Reg. Mtis eiusque famulos in Protestatione specificandos de nominibus et cognominibus ipsi melius notos tum et nonnullos Subditos de Villa Rychwałd medietatis Villae Generosi Rylski. Cum enim novis inventis machinationibus opprobriis aggravationibus laesionibus tum et enormibus violentiis Gnosus Michael Rylski petat et impetat Magnum Joannem Pieniążek Capnaeum Oswiecimen. neque ulla Civilitatis humanitatis et amicitiae Officia per Magnum Capnaeum Oswiecimen. Generoso Rylski multoties praestita et oblata neque expostulationes per Gnosos amicos factae preces et petita tantaque quam ad hanc usque diem perferendo gravissimas laesiones patientia cum praevidicatum Gnosi Rylski animum et infensum sanare non potuissent, nihilque profecissent, quinimo optime semper de seipso Magnum Capnaeum Oswiecimen. meritum, tum et de suis Subditis medietatis Oppidi Gorlice in dies horas et momenta velitet, multis afficiat contumeliis, neque hoc contentus insidietur non solum bonis fortunae Protestantis sed et vitae etiam si casus daretur, et securitati Legibus Regni cuivis cautae, iamque palam et aperte hostilem praesefert animum, qui apertas violentias effudit in familiam Magnum Capnaei Oswiecimen. iussu, scitu, et voluntate eius

1669 Rylski Michał w Gorlicach – niepokoi miasto –

praecauendo itaq indemnitati suae Magnus Capneus O-
suriecimen et a Legibus petens auxilium solenniter ite-
ratis vicibus protter, idq ratione harum aggrauationum
Lesionum et violentiarum. Quod cum post primum
apprehensionem bonorum Oppidi Gorlice medietatis alio-
rumq ad id pertinentium per Gnosum Michaelem Rylski
post mortem olim Gnosae Mariannae de Dembiany Rylskiae
Dapiferae Palatus Cracouien Nouerae suae ad se deuolutorum
idem Magnus Capneus Osuriecimen Gnosum Rylski requi-
siuisset tum per se tum per literas tum per amicos qua-
tenus Gnosus Rylski per aliquot temporis spatium in curia
medietatis sui Oppidi commorari vellet et exorbitantias
excessusq subditorum graues in oppido Gorlicen commu-
ni voto et opera iuncta cum Magnifico Capneo Osuriecimen
ad orbitam iustitiae bonumq ordinem reduceret timorisq
Dei iustitiae Legum et securitatis publicae Characterem in
mentibus Oppidanorum imprimerent per debitam admi-
nistrationem iustitiae insolentias authoritate communi com-
pescendo, ille aduentum suum promittere omnia polli-
ceri nihil praestare solitus vsus postea diffugyr ex-
cusationibus praetextibus et quaesitis dillationibus
dum aduentum suum differt, neq communi voto admi-
nistratur iustitia ex ea occasione tanta creuit audac-
cia et insolentia, vt medietatis eius Ciues et Arti-
fices iuuenes in apertas rumpendo Commessationes nul-
lam noctem intermiserint Festis et prophanis diebus
quin non magnos darent per Oppidum clamores
tumultus foros effringendo, ad tabernas fenestras
concutiendo, obscaenissimas circumambulantes forum
Cantilenas cantando, furta varia faciendo, quinimo
omni diuino et humano calcato pudore excerto

loco

loco dicto Gnesnensi nad Nowozemi, dum Laboriosi ex mer-
catura Villani noctu domum reuerterentur, alluos suos
in capita et personas illorum exonerare, vrina conspe-
gere, tum tabernas et mensas in quibus Decidonum
panis nimirum quotidianus venditur, ipsdem excrimen-
tis commaculare et conspergere, tum in macellis Mensas
Laneorum vulgo Kloce nuncupatas in terram prosternere,
afficiendo molestia et contempsti Laniones in sublevatione
horum vulgo dictorum Kloce, his et talibus ausis tan-
taq; petulantia excitatus Magistratus Ciuilis veniendo
supplex Magnum Capneum Osuiecimen rogauit quatenus
ineat rationes compescendi has insolentias Artificum
Iuuenum, cum ipse Magistratus non audebat, metu multi-
tudinis grassantium, neq; noctu armis onusti incedentes
semper, inuaderent vel occiderent. Cui petitioni iuste
annuens Magnus Capneus Osuiecimen ad Gnosum
Albertum Jaworski pro tunc Arendatarium Gnosi Kyl-
ski misit rogando vt et ille tanquam possessor bonorum
iuncta opera et studio vellet inquirere in eiusmodi pes-
sima facta eaq; sovere punire. Qui Gnosus Jaworski licet
exemptam puniendi subditos dicebat se habere potesta-
tem, non ferendo tamen tam graues insolentias in Cu-
riam Magni Capnei Osuiecimen aduenens, omnem suam
promittendo in eo negotio promouendo additionem rogauit
eundem Magnum Capneum Osuiecimen, ut tanquam haeres
et maioris in Oppido Gorlice authoritatis obuiet et con-
traueniat, tantae enormi petulantiae prouocantem vin-
dictam diuinam, statimq; Gnoso Jaworski consentiente
et approbante, indiximus generalem Ciuitatis Conuentio-
nem vulgo dictam Gromada, in qua Conuentione cum
Magistratus Ciuilis vtriusq; medietatis Oppidi ea facta
violenta enormia crimina proposuisset, querellaq;

suam humilem, tam Magnio Capneo, quam Gnoso Jaworski bonorum pro tunc Oppidi Gorlice medietatis Gnosi Rylski Arendarij suppliciter recommendasset, facta seria Inquisitione cum eorum factorum authores vulgo Hersty dicti in parte medietatis Gnosi Rylski Oppidi Gorlice multi reperti fuissent, totiusq Conventus et populi testimonia insolentissimi convincerentur, inter quos et Polciemic, ratione cuius protestatus est Gnosus Rylski inventus sit, qui pro tunc Civili Iure nullo gaudebat, sed erat Vaga persona commorans ad Oppidum Gorlice ille itaq vulgo nuncupati Hersti testimonijs convicti Judicio communi sunt non multa pecuniaria, ratione cuius persolvendae crescebat insolentia, praesertim cum isti Juvenes divites haberent Parentes, in corpore plagis puniti sunt. Postquam administrationem iustitiae factam, per suum Gnosum Arendarium graviter id ferens Gnosus Rylski, et in diminutionem suae authoritatis id factum sumens, cum eos multa pecuniaria maluisset esse punitos, cuius est semper appetens, rancoroq concepto erga Magnum Capneum Osurecimen, quod persuasione sua quantitate delicti perpensa Gnosum Jaworski adduxisset, ut severe eiusmodi facta puniuisset, dum idem Magnus Capitaneus Osurecimen in servitio Reipublicae existeret, adveniens in Oppidum Gorlice iussit unum innocentem Juvenem Artificem ex subditis eius vulgo nuncupatum Baranek in foro capere et in praesentia sui per Haydones suos multis verberibus concutere, cui cum plurimae et gravissimae infliguntur plagae, Mater eius annorum sexaginta circiter videns tantam converberationem filij, dum lacrymis previ-

bus

bus indeprecabilem animum et crudelem Gnosi Ryl-
ski flectere non posset, prona supra filium concidit
quam Gnosus Ryslki pedibus conrussit, et cum ad la-
tus femurq; impegisset pede, iussissetq; Haydonibus
suis illam detrahere ex filio, illaq; eum fortiter tenu-
isset, iussit aliquot plagas infligere, ex qua occasione
merens et afflicta Mater altera die vitam cum morte
commutavit. His non contentus Gnosus Ryslki, dum Scul-
tetus de villa Rychwald Magnu Capnei Tureciment
venisset ad eum, rogando administrationem iustitiae de
suis subditis ratione certarum iniuriarum sibi factarum
ab eodem Gnoso Ryslki nullam aliam recepit satisfa-
ctionem, quam ter vel quater per manus proprias e-
iusdem Gnosi Ryslki clavo vulgo dicto obuchem con-
verberationem, et postea iussu illius ex Curia eiusdem
violentam extrusionem, quibus factis adigit aliud
Nam dum subditi tam eius quam Magnu Protestantis
ebrij ex oppido Gorlice in Rychwald reverterentur, quod
nulla administrata ratione iustitiae rogata saepius
in suis praetensionibus Gnoso Ryslki non potuissent
in Concordiam redire, facta serum contentione alter
alterum vulneravit, et sciens subditus Magnu Capnei
Tureciment, timensq; de vita percussi, quod Magnus
Protestans talia crimina non multa pecuniaria, sed
capite pro capite punire solitus sit, statim extra
fines Regni in Hungariam profugit, cum vero post
subsecutam mortem Magnus Capneus Tureciment
indixisset suis subditis, si aliquando in villam com-
pareret eius apprehensionem poenis gravissimis
interpositis villae medietatis suae, in casu contraven-

tionis, ille vigorem pœnæ sibi à suo Dño irrogandæ timens
confugit, per subditos eiusdem Gnosi Rylski, ad præfatum
eundem Gnosum Rylski, cumq dona obtulisset, facile
Gnosus Rylski componere partibus permisit. Inscio
itaq Magnco Capneo Osurecimen in absentia eius man
dato et scitu eiusdem Gnosi Rylski, Jus eiusdem Vil
læ Rychwałd hanc Causam iudicavit, mulctamq pecu
niariam Gnoso Rylski Decem Taleros adiudicavit
quam ille libentissime accepit. Quare cum offenderetur
Magnus Capneus Osurecimen quod eiusmodi Conventio
nibus fores ad peccandum et homicidia aperirentur,
ille pro delicto subditi Magnum Capitaneum deprecari
non desistit, quam culpam nunc per protestonem factam
in Magnum Capitaneum Osurecimen reijcit, cuius facti
ipse protector extitit, Nam et non pridem ante moder
num convocationem Generalem, subditus eius vulgo
nuncupatus Kołodzi adulta per impunitatem Generosi
Rylski audacia, dum sub tempus Nundinarum sive
Mercaturæ ebrius grassatur, iuratq se non quieturum
nisi aliquem convulneret, euntem ad domum suam ar
tificem Juvenem nomine et cognomine nuncupatum
Jacobum Skrychowic, Josephi Skrychowic fratrem ger
manum obvium annorum circiter Octodecem habens,
armatus inermem aggreditur, et crudelissime occidit
gloriatus insuper post perpetratum facinus quod idem
multis Civibus facturus sit. Cum itaq exhalasset præ
dictus Jacobus animam, frater eius germanus Jose
phus, advolavit ad Magnum Capitaneum Osurecimen
suppliciter rogans, ut occisi eius fratris innocui sangui
ni

ni misereatur et non sinat in ultimi facinus, detq illi subsidium aliquot, quatenus homicida capi possit cui petitioni in recenti crimine iuste annuens Magnus Capneus Osurecimen. Piorunski Praefectum Startnicorum cum una Rotha Militum misit, ad capiendum et tenendum homicidam qui est captus. Cum itaq circa instigans Cadaver devectum ad officium Castren. Biecen. circa praesentationem et proclamationem Cadaveris, idem homicida in turrim eiusdem Castri coniectus esset, Gnosus Rylski eliberationem eius summo studio promovit, diligenterq intercessit, quatenus ab aresto ratione certarum violentiarum ante in villa Szymbarh per idem Kołodzi factarum, solveretur, eiusq conniventia in recentissimo deprehensus crimine sanguine vindictam clamante libertati restitutus vivit et vivet, qua ex occasione gravior offensus Generosus Rylski Magnus Capneus Osurecimen. quod singulari eius studio idem homicida fuisset deprehensus omnem assumpsit cogitationem et non tantum subditos, sed ipsius etiam si facultas daretur vitam eiusq famulorum aggrederetur, itaq non habendo ullam iustam praetensionem, qua ergo Magnum Capitaneum Osurecimen. querulari posset, vel arma contra eundem sumere, dum in Comitijs Prossoviensibus non pridem celebratis in ordine ad Convocationem incerto cum Gnoso Rylski colloquio punctus eiusdem Gnosi Rylski aculeato sermone cum eidem dixisset, Juvenis est sua Dominatio dare mihi informationis praecepta, statim ea verba in aggravationem honoris sui esse prolata

grauissimam interpretans, et se leuipendi, aliosq sibi fin-
gendo pro suo ingenio offensionum ex eo dicto Commen-
tarios datis occasionibus famam publicae dare nullam
transmittendo occasionem, qua non querularetur se con-
temni et postponi à Magnco Capneo Osoiecimen Iuuenem
enim me appellat, tunc ad Magnum Capitaneum
Osoiecimen misit amicos bis vel ter in isto negotio
expostulando, et cum omnem eidem daret satisfactio-
nem praefatus Protestans totiesq iterasset se non
in vllum dixisse ea verba contemptum, sed ex aequo
semper se Veneratum, et Veneraturum esse Generosum
Rylski, seq velle omni officiorum genere amicitiam
vicinitatis cum Gnoso Rylski colere, eiusq laesiones
sibi factas commemorans amicis, si eius dicti ratio
cum illis sumatur, satis leue momentum ad offensio-
nem, neq dignum tanta apprehensione, dedisset q
declarationem, quod velit realiter tenere semper ami-
citiam modo ibidem factum sit à Gnoso Rylski, illa
Gnosus Rylski non contentus data sibi submissione volues
et coquens iras, et hoc specioso praetensionis Pallio illas
vellans, dum Magnus Capneus Osoiecimen functionem
publicam Nunciatus Regni in Conuocatione expedit oemq
diligentem adhibet operam, quatenus vel maxime de
Republica vereatur, Gnosus Michael Rylski tunc
auget familiam, stipat latus suum dictis vulgo Za-
cią Michami, neq aduenit ad Oppidum prius Gorlice
nisi facta sibi notitia in Dulca de regressu eiusdem
Prottantis ~~et~~ Conuocatione, dum idem in Ruda vici-
no loco, apud Gnosum Mierzeiowski pernoctaret statim
tunc magno itinere in Oppidum Gorlice aduolat at-
tendendo omni occasioni, vt iam deliberato animo

hostiliq

hostiliq suo erga Magnum Protestantem litare posset
intentioni, quod nihil eiusmodi speranti Magnifico
Capneo Oswiecimen, in tam stricta mandati vicinia fa-
ctum est, Magnus Capneus Oswiecimen nihil tale factu-
rum ratus, dum post exanclatos labores pro Republica
grauissimos aliquam partem quietis petit et Venationi
laxandi animi gratia indulgere vult, tali ratione per
Gnosum Rylski, eiusq familiam impeditur, Gnosus An-
dreas Milkowski, sciens Magnum Capneum Oswiecimen
Venatione delectari, volensq affectum optimum eidem
Magnco Capneo contestari, aduenit in Oppidum Gorlice
Vespere, Canes Venaticos secum habens et retia, misitq
ad praenominatum Protestantem excusando se, quod re-
cta in Curiam non diuertisset, Officiosa vsus excusatione
nolens incommodare sub tempus noctis, sed Crastina
Deo dante die, simul et semel cum Magnco Capitaneo
paratum se Venationi indulgere et seruire, cum rogatus
à Magnco Capneo Oswiecimen esset, vt vellet in sua Curia
